EL PODER CULTUAL DEL BAUTIZADO

por JESUS ESPEJA, O. P.

SUMMARIUM.—*Praesens investigatio circa existentiam et naturam potestatis cultualis baptizati instruitur. In ipsa quidem et doctrina magisterii Ecclesiae et Sancti Thomae praecipue consideratur. Dividitur in tres generales sectiones.*

I.—*Baptizatus revera potestate cultuali gaudet. Hoc et Encyclica "Mediator Dei" et Doctor Angelicus asseverant. Et theologice explicatur*: A) *Cultus christianus vel ecclesialis in Sancto Eucharistico Sacrificio et in sacramentis praecipue consistit. Non solum Sanctum Missae Sacrificium sed etiam sacramenta, inquantum professiones fidei et signa sanctificationis, sunt actus cultuales christianae religionis.* B) *Iamvero et magisterium et liturgia et traditio docent christifideles vi baptismalis characteris, in Eucharistici Sacrificii sacramentorumque celebratione partem habere. Et ideo iure concluditur omnes baptizatos potestate cultuali gaudere.*

II.—*Quomodo christifideles participant tunc in cultu sacramentali tunc in Sancto Missae Sacrificio?*: A) *In cultu sacramentali christifideles participant, inquantum sacramenta suscipere valent*; B) *In oblatione Eucharistici Sacrificii diversimode partem habent. Et hae diversae participandi rationes secundum Encyclicam "Mediator Dei" singillatim explanantur.*

III.—*Pars tertia huius dissertationis agit de corollariis, quae ex doctrina supra exposita facile deducuntur*: A) *Christifideles omnes, inquantum potestati cultuali ornati, sacerdotium Christi pro sua conditione participant. Participatio tamen essentialiter diversa a hierarchica sacerdotii participatione*; B) *Concluditur denique Christum et Ecclesiam unam mysticam personam in cultualibus actionibus efformare. Sic Liturgia tanquam actus Christi Sacerdotis totiusque Mystici Corporis apparet. Et Ecclesia definitur ut templum in quo Deus gratum accipit legitimumque cultum.*

En la tercera parte de la Suma, el Dr. Angélico ha señalado unos principios muy fecundos, hablando del caracter sacramental. Nos referimos al artículo tercero de la cuestión 63. La doctrina ahí expuesta clarifica muchas cuestiones de orden litúrgico y eclesiológico, que vienen preocupando a los teólogos de los últimos años. En uno de esos principios va a centrarse este trabajo, buscando solución a dos interrogantes: ¿participan en el culto eclesial todos los bautizados? Y en caso afirmativo, ¿cómo se realiza esa participación?

«Salmanticensis», 11 (1964).

Universidad Pontificia de Salamanca